

116.
89. a.

1716.

353

~~84~~ X

Epistola Principis Dalthoruki ad Illm^{am} Mare-
scalum Generalis Confederationis Poloniz.

Principis Dalthoruki mediator pacis apud Confederatos Polonos
a Cæsar^e Moscoviz constitutus.

Quandoquidem Illm^a Dominatio Vestra exprimit
in epistola, quod Serenissimus Cæsar D. N.
Clementissimus postquam Dn^{os} Ablegatos Sta-
tum confederatorum Reipublicæ admiserit ad
suam audientiam, agnovit Dominationes Ve-
stras per hanc confederationem non quære-
re, nec quaesivisse prædam, sed libertatum
suarum reparationem, et integritatem. Idcirco
quemadmodum pro tunc Serenissimus Mo-
narcha meus id agnovit, neque ex parte sua
quæquam characterè Plenipotentiis Mediatoris huc

misit, ita et ego adimplendo in omnibus manda-
ta mei Monarchae id repeto, quod Serenis-
simus Crarus Dns meus clementissimus uni-
ce ex zelo vicinae amicitiae acceptata fun-
ctione mediatorali, ad id induxit S. R. Maie-
statem, ut D.D. Vestris antiqua jura, et li-
bertates restituat, et ut D.D. Vestrae tran-
quille vis frui possint, promisitque Serenissi-
mus Rex in hunc finem evacuationem rea-
lem, et actualem, sine reditu, copiam au-
xiliarum Saxonicarum ex visceribus Regni,
et per consequens cessationem contributio-
num. Adjunctum autem est per expressu
in plano (qui pro fundamento hujus nego-
tationis factus, et D.D. Vestris com-
municatus) quod si aliqua pars repositi-

tis justis conditionibus renuat pacem, ut contra
 illam armis agam, assistendo huic, quae vere
 vult pacem, junctaque vi armorum cogam con-
 trariam, quod et in instructione mihi datum
 est, prout id nuper D.D. Commissarius exposui,
 quod habeam ^{PP} mandata / casu, quo aliqua pars
 justas conditiones acceptare nolit ad concluden-
 dum tractatum) Generalem Rhen cum exer-
 citu in limites Reipublicae inducam; idcirco
 (cum post expirationem non tantum octo he-
 domadarum, verum undecim, non videam ul-
 lam apparentiam ad pacem, sed tantum pro-
 longationes et moras de die in diem) satisfac-
 iendo mandatis Monarchae meae, prout et
 partium, quae mecum in hoc conveniunt, u-
 sus sum potestate mihi data, mihiq; or-

Ordines ad Generalem Rhen, ut acta intret.

Asscuro tamen DD. Vestras hunc exercitum

non contra DD. Vestras, nec contra copias

auxiliares Saxonicas me adhibiturum, sed

contra eos, qui justam et rationabilem re-

pueritiam praerent. Quod si DD. Vestrae progredian-

tur ad seria agenda, exhibeantque Regi se-

curitatem per exvinculationem realem, pro-

mitto pro certo (visa in eo sincera applicatio-

ne DD. Vestrarum) missurum me contrarios

ordines, ut dictus Exercitus Caesareae Majesta-

tis retrocedat, nec in provincias Republicae

ingrediatur &c.

Descriptum et recognitum ex Literis Principis Dalhorucki
(nuntiatura di Polonia tom. 146.) quae adseruantur in Tabula-

rui Secretionib. Vaticanis. In quorum fidem

Dabam III. Idus Julii MDCCLXXXVII.

M. Marini

Tabular. S. R. E. Praefectus

